



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCCCCXLVII. ad annum MDXXVII.

Parisiis, 1644

VII. Quod obseruentur dies dominici & festiui.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15644

38 SIXTUS P. IV. CONCILIVM FRIDERICVS III. IMP.
HENRICVS IV. R. CASTELLÆ.

floreni pro teste prædicto pœna puniantur. Decani nihilo minus & alii ad quos id pertinet , si multationem prædictam remiserint quoquo modo , ipso facto a diuinis per mensem qualibet vice nouerint se suspensos.

ANNO
CHRISTI
1473.

VII.

Cælestis hierarchiæ rex , qui sua mundum inef fabili prouidentia plasmauit , ita quidem actus nostros in beneplacito suo direxit sanctæ maiestatis , vt & laboris & requiei dies non immerito destinaret. In illis enim Dei populus in sudore vultus sui vesceretur pane suo , in his fatiscentia membra a seruili opere detracta , Deo offerre curaret. Eapropter nos prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes , sacro approbante Concilio , diebus Dominicis & festiuis ab omni seruili opere fideles quiescere iubemus : nec liceat cuiquam rusticalia seu artificialia opera exercere , aut agros colere , nisi urgente necessitate , vel euidenti pietatis causa , & hoc de licentia sui sacerdotis. Infideles vero præfatis diebus officiis suis publice non vtantur. Contrarium vero facientes , per iudices , officiales , vel alios ad quos spectat , legitime puniantur. Qui si negligentes in hoc fuerint , grauiter puniantur : si vero dolo vel precio contrarium permiserint , ipso facto sententiam excommunicationis incurant.

VIII.

Locus ob-
scurus.

Quamvis omnis gloria * aspira , cum ad æternam salutem abintus esse debeat , verum quia militamus illi , cum quo omnis pulcritudo agri est , vilibus vestibus vti non debemus. Absurdum ergo &